

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

CXX. An & ubi locum habere poßit in Aristotelis ethicis taciturnitas?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

ho: Nam privatio operæ est actio animi. Ago enim hoc, ut nolim facere, ait Scaliger. Ejusdem est hoc: Ipsa quoq; cessatio quodammodo actio est. Quod sic quoq; recte interpretari videor (ut sensus sit causalis:) Cessatio oriatur ab actione quadam voluntatis interpa, quæ est cohibitio potentiarum & instrumentorum, quibus actiones externæ fiunt. Porro peccare non est simpliciter agere, sed malè & præter rectum agere. Itaque peccati essentia consistit potius in defectu, actio verò potius est materiale peccati. Unde peccatum actuale à Theologis nominatur. Consideratur igitur hinc peccatum ut actio aberrans & παρέλλογον, quæ sequitur habitum vitiosum. Quod si peccatum pro virtute accipiat virtuti opposito, qualitas erit, non actus seu actio,

## QUESTIO CXX.

*An & ubi locum habere possit in Aristotelis*

*Ethicis Taciturnitas?*

**N**ON est hæc una ex ultrò citroq; jactatis disceptationibus. Mihi igitur leviter attingere eam visum est. De Taciturnitate certè in Ethicis, et si in iis de illa Aristoteles nihil, est tradidum, cùm (quâ firma in animo est ταχίπεχτις) virtus sit, utilis quidem illa in vita quotidiana consuetudine. Eximia (inquit Poëta) est virtus præstare silentia rebus. Et con-

Kk 3 mā

## 518      Q U A E S T I O N E S

*trā gravis est culpa tacenda loqui.* Existimo igitur ejus doctrinam esse subjungendam doctrinæ Veracitatis, integritatis & candoris, ut *τερψδίκης μέγε* ( etsi nonnulli, qui vocem Temperantiae laxius accipiunt, quam Aristoteles, Temperantiae Taciturnitatem subjiciunt, ut sit lingua temperantia); Videtur enim Taciturnitas modum definire veritati, cum sit virtus tacens arcana, & non necessaria dictu ubi, quando & quatenus non est opus in apertum proferre. Extrema ejus sunt: In defectu: Garulitas, futilitas, proditio: non vitans sermones immodosos, non necessarios, inutiles, intempestivos, perniciosos, scandalosos: omnia etiam arcana effutiens: indicans facta aut consilia honesta aut non digna indicatione, quibus tamen indicatis alii nocetur. In Excessu: Morositas (quod extrellum etiam est comitatis seu affabilitatis) seu nimium silentium & reticentia, hoc est, *χρυσίς* seu occultatio & dissimulatio veritatis, ubi erat profitenda, id est, ubi gloria Dei & salus hominis requirebat, ut loqueremur,

E' v *τερψδίκης* etiam *μέγε* habeo duo Veracitatis adjuncta seu *παρθένια*: *Παρθένια* & Constantiam. Parthesia veritatem liberè, masculè & intrepide, cum necessarium est, proficitur, adeò, ut ne quidem magnorum absterratur metu periculorum. Constantia verò

est

est perseverantia in veritate, defendens ac conservans eam. (Levitatem enim ea quæ est facilitas ad mentiendum, vitium est in defectu pugnans cum veritate ipsa.) Extrema ejus sunt: In defectu: Inconstantia seu Levitas ea, quæ præter rationem mutat, deserit ac abjicit verum. In excessu: Pertinacia seu rigor tenacissimus falsi, etiam si de eo quis convictus sit: quo vitio, an quid sit peius pestilentiusq; hominum generi, haud scio.

*Linguendus error: affectanda veritas.*

## F I N I S.

